



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 8. De Arimaspis, cur dicti sint vnum tantùm oculum habere: item de populis, apud quos pueri oblongo capite nascuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

modo suspicari queat. *Circum Myndum enim Caria*  
*vnum id euenisse* in vulgatis libris legas. Ego olim li-  
 brum veterem habui, quem postea clarissimo, & cum  
 incredibili omnigenæ eruditionis copia, tum virtute  
 æque integritate præstanti viro Vincentio Lauro epî-  
 scopo Montisdiuinitis dono dedi: quo in libro scriptum  
 erat *factum id in Caria circa Iotuma urbem*. Ex qua leui-  
 ter deprauata scriptura facillè conieci legendum esse,  
 circa *Loruma urbem*. Nam & in epitoma Stephani De  
 urbibus nominatur, *Λόρυμα πόλις καρίας*: & à Strabo  
 libro XIII. & à Ptolemæo libro quinto, & à Pli-  
 nio, & à Mela, nisi quodd apud hunc librariorum vi-  
 tium, *Latumna*, non *Loruma* legitur. Emendabo & alium  
 ex eodem libro locum, quem omnes vsque in hunc  
 diem aliquot vocibus mancum ac mytilum edide-  
 runt. Vbi enim narrat Seneca quosdam flumios pa-  
 lam in specum aliquem decidere, & terra absorbe-  
 ri, deinde in remotissimis locis exire, cursumque ac  
 nomen suum repetere: cum id de Lyco amne expo-  
 sisset Ouidij versibus, subiungit; *Idem & in oriente*  
*Tigris facit: absorbetur & desideratus diu, tandem longè*  
*remoto loco purgamenta eiecit, vt Arethusa in Sicilia*  
*quintâ quaque æstate per Olympia.*

*De Arimaspiis, cur dicti sint vnum tantum oculum habere:*  
*nem de populis, apud quos pueri oblongo capite*  
*nascuntur.*

## CAP. VIII.

**HOMINES** esse quosdam in Scythia tradide-  
 runt ex antiquis nonnulli, qui vnum tantum in  
 media fronte oculum habent. *Arimaspiis* nomen est,  
 quos & Æschylus ex eo *μονόπαις* vocat. Ipsum quoque  
*Arimasporum* nomen ex re illis inditum putant.  
 Scythica enim lingua *ari* vnum esse: *maspon* oculum.  
 Sed

Myndum  
 Lektionen

11  
 28



Sed quibus curæ fuit veritatem rerum diligenter indagare, eam gentem arcu & sagittis excelluisse morant, quas cum dirigerent, alterumque, ut firmum clauderent, assiduique in eo studio essent, sunt vno tantum oculo uti. Fortassis etiam, quod rei à pueris adfuerent, alterius oculi orbe erant contractiore: versaque paulatim, ut sæpe accidit, in naturam consuetudine, patrum similes filij nascebantur, quæque in patribus deformitas ex oculorum inæqualitate ἐπιληπτος & aduenticia, eadem in filiis innataque insita erat. Ita certè de quibusdam in Asia populis grauis auctor Hippocrates narrat; cum apud eos pulchrum haberetur oblongo capite esse: ob id nutrices recens editorum infantium tenella capitibus manibus conrectando ac comprimendo, globosam & orbicularem figuram corrumpent, eaque frangerent, ac fasciis etiam adstricta in æumen coegerent, paulatim studium in naturam vertissent: omnes eam in gente oblongis capitibus nascerentur, eoque Macrocephalos vocari. Idem & hodie, ut an ioco, de gente quadam in Italia dicitur.

*De loco quodam Terentij ex Eunucho confutata  
Marcelli Virgilij sententia.*

## CAPVT IX.

**I**ocosè quidem dictum est à Chærea in Eunucho Terentiana, *Pessulum ostio obdo*: subestque comino obscæniolus sensus: neque tamen adsentior Marcellulo Virgilio, qui putat respexisse poetam ad medicorum πωρὸς, qui mulierum naturalibus ad procreandos menses subiici solent. Primum enim ex ioco non Græca modò, sed & medicorum propria quondam quisque affecutus esset vim ioci? deinde non puer